

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1503

1279

C O D I C E S

1280

1245. defuncti. Prior praemissis currente calamo Indicibus ordinatur: *Quoniam sicut dicit boetius in li. de trin. optime dictum videtur. eruditus est hominis &c. et finit: diuinitatis cui honor et imperium per infinita secula seculorum. Amen.* Initium Libri II. est: *Complexis tractatibus de his que pertinent ad speculationem dei &c. et finis: ne ceremonialia tanquam ydolatriam gentium dampnare crederetur.* Igitur uterque integer, ut docuit Collatio cum Edit. Veneta 1576. T. IV. f. in qua multa volum compendia nimium religiose conservata sunt, v. g. statim linea 1. supracit. ūr loco videtur.

DLXX.

U. 417 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. nunc 227. f. maj. per duas columnas nitidissime exaratus, rubricis distinctus, quem, ut praenotatur, cum quibusdam aliis insignibus voluminibus numero 17. liberali ac magnifica donatione inter vivos donavit ad librarium Collegij ducalis Wienne M. Andreas de weytra Theologie professor nec non canonicus ecclesie sancti Stephani &c. complexitur Partem III. et IV. Summae Theologiae Alexandri Hales, sive Alensis, cuius tamen nomen nullibi exprimitur, ex O. M. Angli Viri ingenio acutissimi, in Academia Parisiina titulo Doctoris Irrefragabilis condecorati, Thomae Aquin. et Bonaventurae Magistri, et anno 1245. vivis exempti, de quo plura apud Waddingum, Tannerum

&c. Prologi Partis III. initium est: *Tota christiane fidei disciplina pertinet ad duo &c. ut in iteratis Editionibus inde a Veneta 1475. Ad calcem adest Quæstionum Elenchus. Prologus Partis IV. incipit: Dictum est supra de redemptore qui est per gratiam reparator &c. Verum haec Pars situ multum viatiata jam Quæst. X. Membri V. Art. 3. §. 7. Consequenter queritur. Vtrum bec conuersio seu mutation (Substantiae Panis et Vini) sit successiva an subita &c. abrupta est.*

DLXXI.

Codex membraneus lat. Sec. U. 416 XIV. Folior. 258. f. per duas columnas nitide scriptus et rubricis ornatus est ejusdem Summae Pars III. licet Autor neque in hoc Exemplio adpelletur. Praeit Quæstionum Elenchus. In fine autem sustulit Librarius manum cum verbis: *ut in medico cum sanat et in predicatore cum bedificat.* Igitur ultimae Quæstiones LXVIII. et LXIX. desunt, id, quod recentior manus ita signavit in margine: *Deficit tractatus de speciebus virtutum scilicet tribus theologicis quasi totus sexternus.* Sumtum est istud ex ingressu Quæst. LXVIII. ubi Alexander ipse: *Primo agatur de virtutibus Theologicis — consequenter uero de virtutibus Cardinalibus.* Verum ultra Fidem nec in hac, nec in sequenti Parte progressus est.

Codex noster olim datus est Facultati Artium Studii Coloniensis a Gofswino

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1503

1281

D O G M A T I C I.

1282

Goswino de Hueuen alias de Arnem Doctore in Medicina et Canonico B. Mariae Trajedensis superior. reservato tamen usū sibi et Fratri suo Johanni pariter M. D. et Pastorū in Hamont Leod. Dioec. quin facultate revocandi donum; quod et fecit propria manu subjiciendo: Placuit ut liber prefatus perpetuo maneret in facultate theologica Vniuersitatis studij Wyen. Itaque ex testamento M. Johannis Selingstat M. D. qui Facultati nostrati Medicae a. 1493. nonum Decanus praefuit, traditus est ad Librariam Collegij Ducalis ex opere Fratrum Predicotorum a. 1495. ab Joh. Harrer de Heilbrun S. T. D. et Academiae nostrae quater Rectore, ut pluribus Codex in anteriore Theca.

DLXXII.

R. 2026 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 151. 4. min. per duas columnas pulcre scriptus, minio distinctus, et prius Fratrum cartusiensium in solitudine degencium in domo porte Beatissime semper Virginis Marie in Aexpach sita in Provincia archiducatus Austriae (inferior.) prope Danubium inter montes in silua, ita orditur: Incipit prologus Breuiloquii Sancti bonaventure Ordinis fratrum minorum doctoris Seraphici atque cherubici. Tardius accessit haec Rubrica; Exemplum enim ipsum vivo fortassis Autore, qui annum 1274. supremum habuit, descriptum fuit. Ejus initium est: *Fleto Genua mea ad patrem domini nostri ihesu*

*christi &c. Pluries jam retuli hanc Epiropum totius Theologiae, quae T. VI. Opp. Edit. Lugd. 1668. p. 5. praesto est. In praesenti Codice postrema Membrana excidit, unde a verbis c. ult. *gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima,* ut — — — cetera in charta tardius subpleta sunt; adjecta item alia carpta ex Augustino, Gersonie, Bonaventura, Benedicto &c. Ascetica, praecipue de Humilitate, quibus immorari operae pretium haud videtur; observandum solummodo, *Gersonem* primum fuisse, qui *Bonaventurae* etiam *Cherubici* titulum indidit in Epistola de Ejus Laudibus, quae T. III. Edit. Dupin. P. 2. a p. 741. inter alias habetur.*

DLXXXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3074 XIV. Folior. 170. f. min. per duas columnas scriptus, rubricis distinctus, et olim Monasterii Sancte Dorothée in vienna complectitur haec. I. *Breuiloquium Boneventure.* Extat illud, ut paullo ante indicavi, in edit. Opp. Lugd. 1668. T. VI. p. 5. f. et incipit: *Fleto genua mea ad patrem Domini nostri &c.* saepius a me relatum. Ad calcem: *Laus tibi sit christe, quoniam liber explicit iste. Explicit liber Breuiloquii boneventure per manus duorum (quorum tamen characterem aegre distinguas) Qui dividitur in VII. partes. Anno Domini M° CCC° LXXXV°. Jam Scriptor cessat, nam (quoniam?) manus est tibi fessa.*

I. 2

II.